Princip[ibus] 2 Martij 1582

Dissidium religionis iampridem in hac urbe excitatum
Ex [illegible] non gratum eo processit ut Danaeus Theologiae
Academiae professor tutius de apud nos commorari
salva conscientiae suae integritate non posse, iudicarit.
Missionem [illegible] proximum mensem Aprilem
petijt, idque magistratui Leydensi [illegible] &
Curatoribus significavit postulavit ut mature sibi
[illegible] si videbitur, de alio Theologo Academiae
prospiciatur. Nos re cum professoribus deliberata
prolixe cum Danaeo egimus, tentavimusque an illis
rationibus ab instituto dimoveri posset. sed frustra
id omne fuit. Quum vero res haec [illegible] ad
publicum pertineat, & Curatores [illegible] hoc tempore
peregre sint, officij nostri esse duximus [illegible]
eam ad Ex[cellentiam] Tuam deferre qui pro singulari sua
prudentia atque authoritate quid facto sit opus
decernat. & dignitati tranquillitatique huius Academiae
[illegible] & urbis quam optime consulat. quod ut
primo quoque tempore facere dignetur etiam atque
etiam rogamus. Dominus Deus Ex. T. Reip. Christianae
diu servet incolumem —

ut unicam Academiae nostrae [illegible] [illegible] ac principem [illegible]

unicum Academiae nostrae columen —